III/1231

1731 r.

Actum in Castro Regio Drohiciensi Feria Secunda post Festum Sanctorum Trium Regum proxima Anno Domini Millesimo, Septingentesimo, Trigesimo primo.

Ad officium Capitaneale Actaque praesentia Castrensia Drohicinensia personaliter veniens Generosus Adamus Dąbrowski Magnifici Balthasari in Mierzy Cieciorski Dapiferi Terrae Drohiciensis Plenipotens nomine et ex Commisso ejusdem Magnifici Principalis Sui Coram eodem officio et Actis in et contra Generosos Albertum Pogonowski ac Consortem ejus alias insimul Conjuges manifestatus est in eo. Quia Manifestans adhaerendo Decreto officij praesentis in Iterata Continuatione Terminorum Quaerelarum ac Judiciorum officij Castrensium Feria Secunda post Dominicam Reminiscere Quadragesimalem inchoatorum ac postmodum Feria Secunda post Dominicam Misericordiae reclamatorum nunc iterum Feria Secunda ante Festum Sanctorum Simonis et Judae Apostolorum Anno proxime elapso Millesimo Septingentesimo Trigesimo reassumptorum Celebrata Inter Sui Manifestantis Magnificum Actorem Principalem ab una et eosdem Generosos Pogonowskie Citatos ab alia parte prolato, paratus est Summam Centum florenorum polonicalium Quinquaginta una cum poenis luitis Decreto anteriori et praesenti adjudicatis et pro die hodierna Solvi in juncti levare et de levatis quietare. Verum quoniam praedicti Citati nec Summam praefatam et poenas luitas persolverunt, quinimo Decreto memorato contravenerunt, exinde Decreti ejusdem rigorem nempe publicationem poenae banitionis Succubuerunt ac in se traxerunt, Quapropter manifestans de Sui Magnifici Principalis diligentia Ipsorum vero in exolvenda sententia ac Succubitione praedicti ac supra expressi rigoris, iterum atque iterum manifestatur. Petijtque Sibi ab officio praesenti ad publicandam eandem banitionis poenam Militem dari cujus petitioni officium praesens annuendo eidem Militem Regni Generalem Providum Alexandrum Danowicz addidit et deputavit. Quiquidem Miles praefatus Ius deputationi Suae reddens et e loco publicationis rediens recognovit se praefatam poenam banitionis Super praedictis Citatis et bonis eorum obtentam tam in Cancellaria praesenti, quam et foro publico Civitatis ejusdem Alta

Sua

Sua praeconica sonoraq voce publicasse proclamasse
Ipsosq Cttos iam ex nunc esse banitos et de Regno Po
loniae Dominiijsq eidem annexis proscriptos et proclamatos
ac ad notitiam plurimorum Nobilium et Variae Condi
tionis hominum in Cancellaria praesente existentium
ut dixisset in dubio dedexisse

Ex Actis Castrensibus
Drohicien Descriptum

Correxit Drewski

Lin p Zareba cum Actis

G. Dabrowski M. Che
ciersdi D.P.D. Plenipotens
contra G. Pogonowski cum
publicatione manifestat
1731

Ka 416

Jn Cro Droh
Trâ 2dâ pt Fm SS Trium
Regum